

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

49 Vorträge in wörtlicher, meist eigenhändiger Wiedergabe - Cod.
Karlsruhe 3420,1

Sonntag, Karl Gottlob

[Karlsruhe], 1772-1776

[Baumgartner, J. F.]: De virtutum regina atque domina, 1772

[urn:nbn:de:bsz:31-99825](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99825)

De
 Virtutum Regina atq; Domina
 Iustitia
 digereit

J. F. Baumgartner. Emmendingensis.

1772...

Baumgartner Hb. 16 Bl. 1772 - 27 Bl. 73

[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, possibly a list or account book. Some words are difficult to decipher but appear to include:]

... 1775 ...

... 1776 ...

... 1777 ...

... 1778 ...

... 1779 ...

... 1780 ...

... 1781 ...

... 1782 ...

... 1783 ...

... 1784 ...

... 1785 ...

... 1786 ...

... 1787 ...

... 1788 ...

... 1789 ...

... 1790 ...

[Handwritten text on the right edge of the page, partially cut off:]

... 1791 ...

... 1792 ...

... 1793 ...

... 1794 ...

... 1795 ...

... 1796 ...

... 1797 ...

... 1798 ...

... 1799 ...

... 1800 ...

Audax omnia perpeti ruit per vetitum
 nefas humana gens, ruunt per scelera atq;
 Flagitia homines, quos tamen divinum istud
 Numen tantis condecoravit dotibus, ad quo-
 rum fructus mundus ipse et quae in eo sunt
 omnia parata atq; inventa sunt, cui di-
 vina similis est indita ratio intellectus et
 forma pulcherrima, et animus et mens, confi-
 tum et prudentia, ut nemo esse possit, qui
 non divina ista cura perfecta esse perspi-
 ciat, qui celsus et erectus pro ceteris a-
 nimantibus atq; bestis coelum intueri,
 majestatem divinam cognoscere potest,
 cui tanta tribuit divina liberalitas orna-
 menta, ut dignus hisce tam proclaris
 dotibus, puram atq; optimam atq; divinam

quasi degere vitam possit, Sed sic homines ra-
 tionem atq; haec praeterea dona bono consilio a
 Deo immortalis data in fraudem atq; maliti-
 am convertunt. Quin, tanta nunc est mo-
 rum prava perversitas, ut jam omnia con-
 tra morem cupiant mortales, ut jam ni-
 hil sit in quod non impetus faciant, nihil
 quod non evertere conentur, et profecto
 ad ultimum nulla confistere potuisset so-
 cietas, nulla domus, ipsa rerum univer-
 sitas interuisset, nisi freno aliquo domti-
 essent impetuosus hominum animi, nisi
 Iustitia nobis esset a Deo data, qua
 malefactoris ignominias et supplicia, be-
 nefactoris vero honores et premia pro-
 ponens, improbitatem malorum coerceret

Studium bonorum excitaret. Haec est, Au-
 ditores. Ista regina virtutum Iustitia, de qua
 coram splendido vestro conspectu, hodierno pauca
 cum dicturus die, non quae profero, non enim omnia
 in unum locum congeri simul effundi possunt.
 Sed est infinita copia eorum quae dici possunt
 aliqua tantum et praecipua proferam. Sed pri-
 usquam ipsam rem aggredior, paulo altius hu-
 jus sermonis principia repetens de ortu iustitiae
 pauca aliqua michi dicenda sunt.

Tanti estimabant in praecipuis temporibus sum-
 ma sapientias praediti viri iustitiam ut iustitiae
 originem a coelo deducerent. In curvo enim se-
 culo ferunt scriptores atque poëta veteres eam
 sub imagine Astrae divinae a coelo descendisse,
 ibi eam vigere et ab omni aeternitate vi-
 guisse, ibi eam esse ex omni parte perfectam

absolutam, in ea vero quae in terris est quaedam
 adhuc desiderari, minusq; eam perfectam, mi-
 nus absolutam, imaginem tamen esse illius coe-
 lestis alibi expressiorem alibi minus expres-
 sam. Quae Veterum opinio quamquam ~~est~~ ab-
 surda in eo tamen minus reprehendenda, quod
 hac fides homines eo magis ad colendam Ger-
 endamq; iustitiam incitavit. Ea enim quovis
 tempore conditio hominum fuit, ut semper magnum
 aliquos desiderarent, quos ipsos ad benefacta
 perpetranda paratos reddat atq; prochieq;
 Omnino vero non necesse habemus ut tam-
 alte in percondanda iustitiae origine regre-
 diamur, ut Deam eam esse dicamus
 licet enim Deus fons ~~est~~ atq; origo omnium
 bon^orum, omnis virtutis, deoq; etiam iustitia
 autor sit potentissimus, iustitiaq; quae in

terris viget imago illius coelestis sed atq; nostra
 ab ea divina atq; perfectissima repercussa quasi
 fulgeat videatq; non est tamen, inquam, ut in
 alia se unquam causam justitiae quodammodo, cum in
 seipsum hominem rationem illius reperiat
 optima atq; sufficientem. Ratio enim homini propria
 qua eum a tot animantium generibus atq; na-
 turis distinguit, qua eum providum, sagacem, me-
 morem atq; consilii plenum efficit, ratio inquam
 recta ei quoq; justitiam tribuit constantem, honestam
 atq; omnibus ceteris donis utilitatem fertilioribus.
 Atq; hoc unusquisq; facile percipiet negotio.
 Omnes enim quibus recta est data ratio etiam
 legibus certis perfici debere jam ex eo satis
 constat, quia lex ipsa recta ratio in iubendo ve-
 landoq; est, tam vero ubi actiones secundum le-
 gum proscripta instituantur, sibi ut justitia
 quodam intercedat necesse est. At omnibus

a natura recta ratio, et iustitia igitur quae
 mortalibus tributa est insitae ita ut eos ad ju-
 stitiam esse natos, eamque non opinione sed na-
 tura constitutam esse omni iure dicamus.

Est vero, auditores, tanta in distribuenda iusti-
 tia a natura observata aequalitas ut omnino
 unum uni tam simile sit tamque par, quam
 omnes inter nos ipsos sumus. Et o! si haec
 optima aequalitas a corrupta ab effrenataque
 feriosa pravorum mortalium mente, diruta
 non esset diruta, ejecta atque plane prostrata
 qua habitus perfrueremur? quibus gaudiis
 exultaremus? in quo beato statu innocentis
 limo purissimam vitam transigeremus?
 Sed o miseram mortalium conditionem, ejecta
 est aequalitas, triumpharunt scelera atque
 flagitia, viceverunt virtutem, incedit hunc

proceras pro pudore petulantia, pro pudicitia
 Auprium, pro fide fraudatio pro pietate sce-
 lus. Exagilavit furor constantiam turpitudos
 honestatem, malitia pietatem, proceritas mo-
 destiam. Sub jugum depulsa est sana mens
 et ratio et equitas et fortitudo et prudentia
 regnat imperatq; amentia, iniquitas, ignavia.
 luxuria atq; temeritas. His rebus ita misere
 compositis convenerunt homines et vitam una
 vivere decreverunt, cum se a quo jure ufuros
 et quod suo sibi labore peperissent, eo sine
 metu fructuros esse, neq; moribus magis
 quam legibus a vi atq; injuria tutos fore
 confederent^{ver}, convenerunt, seq; suamq; vitam
 conjuges atq; liberos atq; bona in manum viri
 tradidere, cujus justitia laudata, probata pie-
 tas fuit, qui poena afficiendo eos foedisti-

nos tranquillitatis publice turbatores, leges
 enunciando, ad quas omnes actiones civis
 accomodarent, precipiendo quod bonum ve-
 tendo quod malum, se, vitam omnium, ipsam
 rerum universitatem stantem atq; incolumem
 conservaret. Ita primum, Auditores, principes
~~sed~~ constituebantur, qui conservant nobis ju-
 stitiam, vindicant nos ab injuria turpium
 ut sic et faciunt ut securi hanc rerum va-
 stitatem peragere queamus.

Sed nunc hoc de origine Justitiae. nunc ad
 reliqua progredior atq; ad demonstrandum mi-
 hi sumo justitiam Romanibus tam in solitu-
 dinis quam societatis statu spectatis sem esse
 utilissimam omninoq; necessariam, tunc tan-
 tummodo statum quandam felicem ^{esse} predicam-
 dum quando legibus ipse sit et armatus bonis
 Justitiae in eo colatur bene pulchreq; ad ministe-
 tur.

Perficias te ipsum, acclamat nobis ista in vulgus
 edita satiq; probata Lex moralis, omni studio af-
 fectus colasq; virtutem. Extra omnem vero aliam
 positum est neminem sese perfectum reddere posse
 nisi in iustitia acquirenda omnem curam, omnemq;
 adhibeat diligentiam, nullam colere, nullam com-
 parare sibi posse virtutem eum, qui non constan-
 tem atq; perpetuam habeat voluntatem ius suum
 cuiq; cuius inquam, tribuendi neminem ledendi, ne-
 mini injuriam faciendi. Si spectamus hominem
 in eo statu in quo solus est, in statu quo de
 sine relatione ad alios consideratur ne corpus
 quidem ali utiliter ac salubriter sine aliqua
 imagine iustitiae potest. Nisi enim vis aliqua
 sit quo et siccum et humidum alimentum ubi jam
 coctum confectumq; et in succum atq; sanguinem
 conversum est, equaliter distribuatur atq; dispersus,
 atq; id quod cuiq; parti aptum et accomodatur

est, et quantum opus est tribuat neq. alias par-
 tes tumidas et redundantes, alias exhaustas et
 enectas esse patiatur: facile intelligimus hoc
 tam admirabilis fabricas corporis nostri, quan-
 tam deformitatem habitura et quam cito ruitu-
 ra sit. Atq. hoc in corpore; quo vero in
 animis sine iustitia perturbatio erit, quo con-
 fusio. Praecipue nocet hominis vita, ut navis
 discordibus ventis acta, contrariis et inter se
 pugnantibus foedissimarum libidinum flatibus
 agitata in omnem scelerum atq. flagitiorum
 turpitudinem, expulso ac excusso rationis ju-
 go cupiditas turbulenta seditioneq. facies arri-
 peret atq. in arcem invadens mentem de sua
 sede contra jus salq. deturbaret, nihil pro-
 rius valeret, nostra in animo pars, qua intel-
 ligimus, qua ratiocinamur, qua proxime ad

Divinam naturam accedimus. Sed iustitia tempe-
 rat agitatedum hominis animum, moderato rationi-
 usu, omnis honestas, omnis dignitas, omnis officii
 ac virtutis splendor elucet. Ipsi igitur animo-
 rum et corporum nostrorum inter se partibus ut
 utriusque bene ac beate sit, iustitiam quandam in-
 tercedere necesse est. Sed idem multo evidentius
 multoque illius certius in societatis convictu
 hominum. Omnia essent perpetuo plena rixarum
 discordiarum, querelarum contentionumque,
 nulla esset animorum voluntatumque consociatio
 nulla in domo concordia, non commercium floret
 non confortium, omnia essent conversa, omnia con-
 fusa, liberi parentum, servi dominorum detrecta-
 rent imperium, ius dicto audientes esse abnue-
 rent, paterfamilias liberos in servorum, servus
 in patrum loco haberet, ditionis eos quam
 ius fasque est imperio premeret.

Nulla esset inter virum atq; uigorem concordia,
 ille eam non pro comite individua vita pro di-
 norum humanorumq; sociis, hęc domesticis rebus
 non contenta implicare se alijs rebus ac viri par-
 tes porripere conaretur. Nulla in emendo, in
 vendendo fides, nullum stare pactum, omnia
 rapacibus essent exposita furum atq; laborum
 manibus, quisq; robustior alium infirmorem vi-
 ta atq; bonis ipsis porivaret, ululatus morien-
 tium undiq; resonarent, pater filii, filius patris,
 mater filii, filia sororis, soror fratris, ami-
 cus amici calentem lavillam lacrymis spar-
 geret ipsiusq; odem deploraret, cuncta essent
 in pro sanguine atq; cede dimpleta, nemo
 esset unquam qui ex crudelissimo ac mi-
 serissimo intentu alterum eripiat, impetibus vio-
 lentos depellat. Heu! quanta rerum per-

veritas adiosa atq; abhominis regnaret in nostra
 rerum universitate, cum e contrario ubi virtutes
 ubi justitia atq; ipsius sorores Fides atq; veritas
 pax atq; amicitias florent omnium rerum ex-
 spectandarum abundantia adsit. Exfulant per-
 juria, doli, fraudes, non latrones ~~no~~ reperiantur
 latrones atq; venefici, non adulteri atq; raptores,
 non fures atq; sicarii, et si etiam hi adessent
 atq; ut anguis in herba laterent, justitias eos
 inventos in carcerem conjectos merito supplicio
 adficiat, exemplum statuit ne malum increpant
 prohibet. Verba defunt, Auditores quibus
 felicem statum ejus civitatis in qua justitia
 atq; fides colitur digne descriptam. Ea for-
 modum in ista civitate eveniunt, quae auro
 abalib; hominibus evenisse memorantur.
 Mutua inter homines caritas atq; concordia

Servata fides, grata erga eum qui bene facit mens,
 pax atq[ue] tranquillitas, bonus servorum in dominos
 animus et vicissim in dominis amica et benivola
 servorum procuratio. . . haec nullo pretio affirman-
 da bona sunt qui eam civitatem nobilitant.
 Tutus sedet in solio princeps, consilio gubernat
 atq[ue] regit civitatem, praecipit atq[ue] vetat,
 Dissipatq[ue] negras nubes quae adhuc procul
 distantes coelum obducere minitantur. Ple-
 nus gratae mentis paret subditus, beatum se
 se praedicat, sese in his auriis temporibus na-
 tum. Pauper colonus sudore exhaustus atq[ue]
 pulvere obductus lotus tamen est et colit ter-
 ram et alii cives. Mercator parvipen-
 dens vitam eam fluctibus ventis atq[ue] equoni
 exponit et querit concipi alimenta atq[ue] alia
 quae vita humana comoda, utilia atq[ue] necessa-

ria sunt. Omnes undiq; convenienti commodo reipublica
 studentes atq; ad illius perfectionem aliquid contribuant
 Converniunt & Juvenes defendunt alii patriam armis,
 alii bonis atq; bellis artibus incumbendo promo-
 vent patriam commodum, alii atq; alio modo,
 et ipsi premiis ad hoc faciendum, excitantur.
 Coluntur atq; florent artes atq; scientia pulchra
 atq; earum ope animus noster ad similitudinem
 divinitatis effectus ad illud, ex quo ductus et propa-
 gatus est, exemplar accedit.

Hoc omnia bona atq; alia innumerabilis societa-
 ti humanae iustitia porrigit, et felices sunt
 atq; ter quaterq; beatae ea civitates hominum
 in qua fides atq; recti amans iustitia colitur,
 florent laetae & farum urbes, nunquam bello, nun-
 quam fame nunquam aliis quomodocumque pestibus con-
 sultantur, nunquam audiuntur tubae atq; litui
 in bello resonantes, omnia sunt placata

quiete atq; latitio perfusa, exceduntur arma in
 bigine ac in legiones et vomeres conflantur, et si
 recte accurate uti deest eam colerant omnes
 belli disensionis inimicitiarum, ne nomina qui-
 dem hominibus cognita essent. Eset ea aurea
 aetas, quem suavissime decantat Horatius:

Tutus bos etenim rura perambulabat,
 Nutrit rura Ceres, almaq; Faustus.

Pacatum volitant per mare navita
 Culpari metuit Fides.

Nullis polluitur casta domus Supplices
 Mos, et lex maculosum edomuit nefas.

Laudantur simili prole puerpera
 Culpam poena poenit comes.